MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

ST BASIL THE GREAT

June 14

Ecclesiasticus 15: 5

INTROIT

IN MEDIO ecclesiæ aperuit os ejus: et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ, et intellectus: stolam gloriæ induit eum. *Ps. 91: 2.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. Gloria Patri.

In the midst of the Church the Lord opened his mouth: and filled him with the spirit of wisdom and understanding: He clothed him with a robe of glory. *Ps.* It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father.

COLLECT

EXÁUDI, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti Basileus Confessóris tui atque Pontíficis, solemnitáte deférimus: et, qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab omnibus nos absolve peccátis. Per Dominum.

Graciously hear our Prayers, we beseech Thee, O Lord, which we bring before Thee on the solemnity of blessed Basil, Thy Confessor and Bishop, and, by the merits and intercession of him who had the grace to serve Thee worthily, absolve us of all our sins. Through our Lord.

II Timothy 4: 1-8

EPISTLE

CARISSIME: Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius, et regnum ejus: prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim jam delibor et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi,

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, Who shall judge the living and the dead, by His coming and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears, and will indeed turn away from the truth, but will be turned into fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfil thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed. and the time of my dissolution is at hand. I

fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus.

have fought the good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love His coming.

Psalm 36: 30-31

GRADUAL

OS JUSTI meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquentur judicium. Lex Dei ejus in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus ejus.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of His God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Psalm 88: 21

ALLELUIA

ALLELÚIA, allelúia. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Alleluia.

Alleluia, alleluia. I have found David my servant: with My holy oil I have anointed him. Alleluia.

Luke 14: 26-33

GOSPEL

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxórem, et fílios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens cómputat sumptus, qui necessárii sunt, si hábeat ad perficiéndum: ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et, non potúerit perfícere, omnes, qui vident, incípiant illúdere ei, dicéntes: Quia hic homo cœpit aedificáre, et non pótuit consummáre? Aut quis rex itúrus commíttere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem míllibus occúrrere ei, qui cum vigínti míllibus venit ad se? Alióquin adhuc illo longe agénte, legatiónem mittens rogat ea, quae pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúntiat ómnibus, quae póssidet, non potest meus esse discípulus. Bonum est sal. Si autem sal evanúerit, in quo condiétur? Neque in terram, neque in sterquilínium útile est, sed foras mittétur. Qui habet aures audiéndi, áudiat.

At that time, Jesus said to the multitudes: If any man come to Me, and hate not his father, and mother, and wife, and children, and sisters, yea and his own life also, he cannot be My disciple. And whosoever doth not carry his cross, and come after Me, cannot be My disciple. For which of you having a mind to build a tower, doth not first sit down and reckon the charges that are necessary, whether he have wherewithal to finish it; lest after he hath laid the foundation, and is not able to finish it, all that see it begin to mock him, saying. This man began to build, and was not able to finish? Or what king about to go and make war against another king, doth not first sit down and think whether he be able with ten thousand to meet him that with twenty thousand cometh against him? Or else, whilst the other is yet afar off, sending an embassy, he desireth conditions of peace. So likewise every one of you that doth not renounce all that he possesseth, cannot be My disciple. Salt is good: but if the salt shall lose its savour, wherewith shall it be seasoned? It is neither profitable for the land, nor for the dunghill, but shall be cast out. He that hath ears to hear, let him hear.

Psalm 88: 25

OFFERTORY

VÉRITAS mea et misericórdia mea cum ipso; et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

My truth and my mercy shall be with him; and in my name shall his horn be exalted.

SECRET

SANCTI Basileus Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus, Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos: ut, per hæc piæ placatiónis offícia, et illum beáta retribútio comitétur, et nobis grátiæ tuæ dona concíliet. Per Dominum.

May the annual solemnity of Saint Basil, Thy Confessor and Bishop, commend us to Thy loving kindness, we beseech Thee, O Lord, that, by this office of pious atonement, a blessed reward may follow him, and he may obtain for us the gifts of Thy grace. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

Luke 12: 42

COMMUNION

FIDELIS SERVUS et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

POSTCOMMUNION

DEUS, fidélium remunerátor animárum præsta; ut beáti Basileus Confessóris tui atque Pontíficis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dominum.

O God, the rewarder of faithful souls grant that, by the prayers of blessed Basil, Thy Confessor and Bishop, whose august festival we celebrate, we may obtain pardon. Through our Lord.